

praedictus plebanus et Ludewicus et Otto fratres sui sibi in feodum compararunt, sed supradicti fratres Ludewicus et Otto praefatam decimam absolute et libere resignarunt. Ceterum praedictam decimam praefatus plebanus uae vitae temporibus possidebit, et liberam sibi de eadem decima relinquimus ordinationem, quid post mortem saepedicti plebani de saepius nominata decima fieri debeat in ecclesia pluries recitata. Ne autem super praedicta decima aut per malitiam, vel per oblivionem aliquis dubietatis scrupulus suscitetur, processum istum conscribi iussimus nostroque sigilli munimine roborari. Actum anno domini M^o. CC^o. LIX^o. pontificatus nostri anno primo VI. Kal. Augusti. Testes huius sunt dominus Henricus maior praepositus, S. decanus, D. Wurcinensis praepositus, magister Cunradus, Sifridus decani Misnenses canonici.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem an einem Pergamentstreifen hängenden Siegel des Bischofs.

Schöttgen und Kreysig dipl. Nachlese II. S. 287.

No. 189. 1260.

Probst und Capitel beurkunden die vom Pfarrer Conrad zu Boritz geschehene Stiftung einer Vicarie in der Domkirche.

Universis praesentes litteras inspecturis Sifridus dei gratia praepositus, Gotescaucus decanus totumque Misnensis ecclesiae capitulum in salutis auctore salutem. Quum labilis est hominum memoria, expedit ea, quae rite fiunt, in scriptis redacta sigillorum appensione perhennari, ne per fluxum temporis in oblivionis scrupulum elabantur. Noverint igitur universi tam praesentis temporis quam futuri, quod dominus Conradus, plebanus de Boruz, Misnensis diocesis, ob animae suae remedium et parentum suorum, unam perpetuam vicariam in honore sancti Andreae apostoli et sanctae virginis Katherinae fecit in Misnensi ecclesia ad altare, quod sibi procedente tempore assignabimus, vel quod idem plebanus per se poterit ordinare, redditus et proventus inferius annotatos propriis denariis in proprium emens, et eidem vicariae tradens post vitae suae tempora perpetuo possidendos. In villa Steiz^a) duo talenta, quorum unum in festo sanctae Walburgis, secundum in festo Martini annis singulis vicario persolventur, qui vicariam habuerit supradictam; in Wilandesdorf et in villa Grunbach^b) quinque maldaria et quatuor modios siliginis et avenae in festo Martini integraliter persolventur. Item unum talentum in civitate Misne de curia, quae vocatur Wigandi de Wilandesdorf, quod etiam praedicto vicario in festo sancti Bartolomei annis singulis persolvetur; proviso, quod vicarius, qui eandem vicariam habuerit, post mortem eiusdem plebani ad idem altare unam missam de domina nostra, et unam ad salutem animae saepedicti plebani singulis celebret septimanis. Ordinavit praeterea et constituit plebanus praenotatus, ut memoratam vicariam decanus, qui pro tempore fuerit in nostra ecclesia, conferat personae, quam idoneam cognoverit, retento tamen sibi iure conferendi praedictam vicariam temporibus vitae suae, si forte praefatos redditus ante mortem suam eidem vicariae decreverit dimittendos. Et ne super praemissis omnibus dubium in posterum

a) Steitzsch, Par. Briessnitz. Vgl. No. 207. b) Wilsdruf und Grumbach ders. Parochie.